Cazimiri regis Poloniae Privilegium super quinquaginta marcis Andreae de Kretkow castellano Brzestensi in bonis Dobieguiew et Damb inscriptum.

148

Kazimirus Dei gratiâ rex Poloniae, magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres &. Significamus tenore praesentium universis, quomodo attentis fidelibus obsequiis generosi Andreae de Kretkow castellani Brzestensis, gratè nobis dilecti, quibus nostrae maiestati complacuit, auctoque suae fidei studio plus placere poterit in futurum, horum intuitu sibi in villis nostris et bonis regalibus Damb et Dobieguiew in terra Cuiaviae et districtu Kovaliensi sitis, quinquaginta marcas monetae et numeri Polonicalium, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando dedimus, donavimus, damusque donamus, assignamus et inscribimus, tenore praesentium mediante, cum omni iure et dominio, agris, pratis, campis, sylvis, borris, aquis, fluviis, piscaturis, molendinis, censibus, redditibus, proventibus, usibus, emolumentis, et generaliter

universis, tamdiu tenendas, habendas, pos-
sidendas, et utifruendas donec sibi et
suis successoribus dictae quinquaginta
marcae per nos aut nostros successores
fuerint integraliter persolutae, stationi-
bus tamen et iuribus nostris regalibus
semper salvis: harum, quibus sigillum
nostrum appensum est testimonio li-
terarum. Datum Lancitiae sabbatho
proximo post festum sanctae Luciae
anno Domini millesimo quadringente-
simo septuagesimo.

Relatio venerabilis Alberti de
Zchlin regni Poloniae vicecan.

Ta Kopia wypisana z oryginału pargaminowego
roku Pańskiego tysiącznego siedemsetnego
osiemdziesiątego piątego dnia dwudziestego
czwartego miesiąca Lipca, przy którym znay-
duie się na zawiasce pargaminowey pie-
częć iedna.